Przyb 747/75 N° Inw. 27

STANISLAUS AUGUSTUS
DEI GRATIÂ
REX POLONIÆ,

Magnus Dux Lithvaniæ, Rußiæ, Prussiæ, Maßoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæqvè

Significamus Præsentibus Literis Nostris, Quorum interest, Universis et Singulis. Productas coram Nobis eße Literas Pargameneas [illegible] Serenißimi olim D. M. Augusti Tertij Regis Prædeceßoris [illegible] subscriptas, Sigilloqꝫ Pensili Minoris Cancellariæ Regni communitas, continentes in se Approbationem Decreti Serenißimi olim [illegible]annis Alberti Regis Poloniæ Prædeceßoris Nostri de Data Cracoviæ Feria Secunda ante Festum Sancti Antonij proxima Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Nono inter Oppidanos Lelovienses, atqꝫ Subditos Villarum Slęzany, [illegible]remiasto et Zbyszyce occasione variarum injuriarum et Præjudiciorum lati sanas, salvas et illæsas, omniqꝫ suspitionis nota carentes. Supplicatumqꝫ Nobis est per Certos Consiliarios Nostros Lateri Nostro aßidentes Nomine et pro Parte dictorum Subditorum Villarum Slęzany, Staremiasto et Zbyczyn, ut Ipsis easdem Literas Authoritate Nostra Regia approbare, ratificare dignaremur. Quarum quidem Literarum talis est de Verbo ad Verbum qui sequitur tenor:= Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæqꝫ Necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus præsentibus

Literis Nostris, quorum interest Universis et Sigulis. Reproductas esse coram Nobis
Literas in Pargameno scriptas, Confirmationem Decreti Serenissimi olim Joannis
Alberti Regis Poloniæ Prædecessoris Nostri de Data Cracoviæ Feria Secunda an:
te Festum Sancti Antonii proxima Anno Domini Millesimo Quadringentesimo
Nonagesimo Nono. inter Oppidanos Lelovienses atq Subditos Villarum Nężany, Sta
re Miasto et Zbyszyce occasione variarum injuriarum et præjudiciorum lati, et per
Sermos Antecessores Nostros approbati in se continentes, Manu Sermi Dc̄ Mc̄ Au:
gusti II. Regis Poloniæ Parentis et Prædecessoris Nostri Desideratissimi subscriptas,
Sigilloq Regni communitas, sanas, salvas et illæsas, omniq prorsus suspitionis nota ca:
rentes. Supplicatumq Nobis per certos Consiliarios Nros Lateri Nro assidentes Nomine
et pro Parte dictorum Oppidanorum Lelovien, ut easdem Literas ac omnia in illis con
tenta Authoritate Nostra Regia approbare, confirmare et ratificare dignaremur.
Quarum quidem Literarum tenor est. qui sequitur talis. Augustus II. DEI Gratiâ
Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ,
Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq; nec non Hæ
reditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. ac etc. etc. Significamus præsentibus Literis
Nostris, quorum interest, Universis et Singulis. Exhibitas Nobis fuisse Nomine et pro
P[illegible] torum Oppidanorum Lelovien Literas pargameneas, Confirmationem De:
creti ratione differentiarum inter Eosdem Oppidanos Lelovienses et Subditos de Villis
Nężany, Zbyczyn, Staromiescie ab utrinq in se continentes, sanas, salvas, illæsas, omniq
suspitionis nota carentes, Manu Sermi Michaëlis Prædecessoris Nostri subscriptas,
Sigilloq Majori Rni communitas. Supplicatumq Nobis est, ut easdem ac omnia in eis con-
tenta Authoritate Nostra Regia approbare et confirmare dignaremur. Quarum quidem
Literarum tenor de Verbo ad verbum sequitur estq talis: Michaël DEI Gratiâ
Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Ki:
joviæ, Volhyniæ Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq. Significamus præ:
sentibus Literis Nostris, quorum interest, Universis et Singulis. Exhibitas Nobis
fuisse Nomine et pro Parte Famatorum Oppidanorum Lelovien Literas Pargamene
as Confirmationem Decreti ratione differentiarum inter Eosdem Oppidanos Lelovienses
et Subditos de Villis Nężany, Zbyczyn, Staromiescie ab utrinq in se continentes, Ma:
nu Sermi Joannis Casimiri Prædecessoris Nostri subscriptas, Sigilloq majori Regni
communitas, sanas, salvas, illæsas, omniq suspitionis nota carentes. Supplicatumq Nobis
est,

est, ut easdem ac omnia in eis contenta Authoritate Nostra Regia approbare et
confirmare dignaremur. Quarum quidem Literarum tenor de verbo ad verbum se
quitur et est talis: Joannes Casimirus DEI Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux
Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ; Livoniæ, Smolensciæ, Czerniechoviæq;
nec non Svecorum, Gottorum, Vandalorum Hæreditarius Rex. Significamus præsen
tibus Literis Nostris, quorum interest, Universis et Singulis. Exhibitas Nobis esse
Literas pargameneas infrascriptas, Manu Sermi Dc̄ Mc̄ Vladislai Quarti
Regis Poloniæ Fratris Nostri Desideratissimi subscriptas, Sigilloq Regni Cancella
riæ Majoris communitas, Confirmationem per suam Majestatem Decretorum certorum
Sermorum Prædecessorum Suorum Regni Poloniæ inter Cives Lelovien ex una,
et Subditos Eorundem Civium de Villis videlicet Nężany, Staromiescie et Zbyczyn
Partibus ab altera ratione præstandorum Laborum, gravaminum et injuriarum
latt in se continen, sanas, salvas, illæsas, omniq suspitionis nota carentes. Sup:
plicatumq Nobis est, ut easdem Authoritate Nostra Regia approbare et con:
servare dignaremur. Earum verò Literarum sequitur tenor et est talis: Vladi:
slaus IV. DEI Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ
Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæq etc. etc. nec non Svecorum, Gottorum Vandalorq
Hæreditarius Rex, Electus M. D. Moschoviæ. Significamus præsentibus Literis Nris
quorum interest, Universis et Singulis earum notitiam habituris. Exhibitas Nobis
esse Literas infrascriptas pargameneas Nomine Subditorum ex Villis Nężany,
Staromiescie, Zbyczyce Capitaneatus Nostri Lelovien titulo et Sigillo Srmi olim Si
gismundi III. Genitoris Regis Antecessoris Nostri, manusq subscriptione munitas,
quibus ab Eodem Srmo Sigismundo Genitore Nro Ordinatio per Srmum olim Jo-
annem Albertum Regem Prædecessoremq itidem Nrum, inter Oppidanos Lelovi
en ex una et Cmethones de Villis supradictis Oppido eidem adjunctis ex altera
Parte, occasione laborum, Exactionum, pœnarum et aliarum injuriarum facta et ap
probata est, sanas, salvas et nulli suspitioni obnoxias. Supplicatumq Nobis esse, ut
easdem Lras Authoritate Nra Regia approbare et confirmare dignaremur. Quarum
tenor sequitur talis: Sigismundus III. DEI Gratiâ Rex Poloniæ, M. D. Lithvaniæ
Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæq etc. nec non Regni Sveciæ proximus
Hæres et futurus Rex. Significamus præsentibus Literis Nostris, quorum interest,
Universis et Singulis. Productas Nobis fuisse Literas infrascrias in Pargameno scri:
ptas nne Nobilis Christopheri Gorzkowski Advocati in Oppido Nro Lelow titulo et
Sigillo Srnmi olim Stephani Regis Antecessoris Nri manusq subscriptione
munitas



munitas, quibus ab eodem Srmo Stephano Ordinatio per Srmum olim Joannem
Albertum Regem Prædecessorem Nostrum inter Oppidanos Lelovien: ex una, et
Cmethones de Villis Słężany, Staremiasto, Zbyczyce eidem Oppido adjunctis ex al:
tera Parte, ratione Laborum, Exactionum, pænarum et aliarum injuriarum factt ap:
probata est, sanas, salvas, illæsas, et nulli suspicioni obnoxias. Supplicatumq Nobis est,
ut easdem Literas Authoritate Nra Regia approbare et confirmare dignaremur. Qua:
rum tenor sequitur talis: Stephanus DEI Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithva:
niæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ etc: nec non Transilvaniæ Princeps. Significa:
mus præsentibus Literis Nostris, quorum interest, Universis et Singulis earum notiti:
am habituris. Exhibitas Nobis esse Literas pargameneas Decretum inter Cives Lelovien:
et Cmethones de Villa Słężany, Staremiasto, Zbyczyce Parte ex altera, occasione quarun:
dam Exactionum et Laborum in se continentes, a Srmo olim Joanne Alberto Rege Po:
loniæ concessas, et ab Alexandro et Sigismundo Augusto olim Regibus Poloniæ confir:
matas. Supplicatum est Nobis, ut has ipsas Literas, uti minimè suspectas, sed sanas,
salvas, omniq prorsus vitio carentes Authoritate Nra Regia approbare et confirmare
dignaremur. Quarum quidem Literarum tenor de verbo ad verbum talis est. =
Alexander DEI Gratiâ Rex Poloniæ, M. D. Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæq Dominus
et Hæres. Significamus tenore præsentium, quibus expedit, Universis. Quomodo
constituti coram Nobis Laboriosi Cmethones de Villis Nostris Słężany, Staremiasto
et Zbyczyce reproduxerunt Literas Srmi olim Fratris Nostri Joannis Alberti Re:
gis Antecessoris Nostri in papyro scriptas, supplicantes, ut eas innovare et de papyro
in pargamenum transcribi mandaremus. Quarum tenor sequitur: Joannes Al:
bertus DEI Gratiâ Rex Poloniæ, Supremus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ Do:
minus et Hæres. Significamus tenore. Quomodo vertente coram Nobis controversia in:
ter Cives Nostros Lelovien: ex una, et Cmethones de Villis Słężany, Staremiasto et Zby:
czyce Parte ab altera occasione quarundam exactionum et laborum insolitorum, pæna:
rumq captivationum, injuriarum ac certarum oppressionum ipsis Cmethonibus impo:
sitt factt et illatt, exauditisq earum Partium per Commissarios Nostros ad Deputa:
tos, videlicet Vblem et Gnosum Mathiam Drzewicki Præpositum Scarbimirien: Se:
cretarium Nrum et Stanislaum Mlodziejowski Castellanum Radomien: Propositio:
nibus ac responsis, quarum odia et discordias sopire volentes, et ambiguitatem tollere
talem inter Partes ipsas compositionem et Ordinationem fecimus. Primo videlicet
etsi Villæ præfata sint adjunctæ Civitati in subsidium ejusdem, nihilominus dicti
Cives

Cives Cmethones Villarum prædictt judicare, turri seu pænis punire non debent, sed
si quid ab ipsis Cmethonibus dicti Cives injuriæ se habere prætendant, coram
Advocato Iure mediante Justitiam quærant, qui ad Eundem Advocatum Citati
juxta Eorum Privilegium respondere tenebuntur, et Advocatus cum Ipsis Justi:
tiam unicuiq querulanti facere debet, pro pænis verò, quas dicti Cmethones que:
rebantur, a se per eosdem extorsisse, Iure cum Advocato experiri debent. Item exacti:
ones Civiles juxta antiquam consuetudinem Cmethones de dictis Villis solvere tene:
buntur, quo facto ab exactione fertonum erunt Liberi. Neque etiam ipsi Cives debent
imponere præfatis Cmethonibus non necessarias, insolitas et injustas exactiones.
Item etiam Cmethones de Villis præfatis tenebuntur labores Civitati exercere, et hoc
tunc, cum per Cives ipsos dicti labores instituti fuerint, extunc cum eis simul laborare
debebunt, et non amplius, neq ipsos ad majores labores cogere debent. Insuper etiam
dictt Cives Cmethonibus Villarum præfatt nullas injurias et oppressiones inferre au:
deant, quinimo ipsos in omni justitia juxta Privilegiorum eorum tenorem in omni:
bus articulis et conditionibus conservare debebunt et tenebuntur. In cujus rei te:
stimonium Signetum Nrum annulare est impressum præsentibus. Datum Cra:
coviæ Feriâ Secundâ proximâ ante Festum Sancti Antonij. Ao Dni Millesimo
Quadringentesimo Nonagesimo Nono. Ad Mandatum Regiæ Mttis. Itaq Nos hu:
millibus petitionibus dictt Cmethonum annuentes, præinsertas Literas de papy:
ro in pargamenum transcribi mandavimus, decernentes eas habere robur, harum
Sigillum Nrum est appensum testimonio Literarum. Datum Cracoviæ Sabbatho
in Vigilia Sancti Laurentij. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinto. Regni
Nostri Anno Quarto. Joannes de Lasko Regni Poloniæ Cancellarius. Nos itaq Sup:
plicationi ejusmodi annuentes, Literas præinsertas et omnia in eis contenta Autho:
ritate Nra Regia approbanz, ratificanz et confirmanz duximus, approbamusq ratifi:
camus, confirmamus, decernentes eas vim et robur debitæ firmitatis, et quatenus ta:
men Decretum præfatum ad hoc usq tempus integrum et inviolatum permanserit, ob:
tinere debere, harum Testimonio Literarum quibus Sigillum Nrum est appensum.
Datum Cracoviæ Feriâ Quintâ post Festum S. Laurentij proximâ. Anno Domini Mil:
lesimo Quingentesimo Quinquagesimo Tertio. Regni Nri Vigesimo Quarto. Relatio Vblis
Joannis Przerębski Regni Poloniæ Vicecancellarij et Præpti Crac: Joannes Przerębski Re:
gni Vicecancell: scripsit. Nos itaq Stephanus Rex Supplicationi memoratt benignè an:
nuentes, præinsertas Literas in omnibus punctis, clausulis, articulis et conditionibus
approbanz



approbanȝ, confirmanȝ et ratificanȝ duximus, approbamusq, confirmamus et ratificamus
per psentes, decernentes easq robur suum debitum, quantum per Leges pubcas perpetuo
obtinere debere. In cujus rei fidem Manu Nra subscrimus, Sigillumq Rni appendi cura
vimus. Datum Varsaviæ in Conventione Rni Gnali Die Sancto Mathæo Apostolo dicata
Anno Dni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Octava. Rni verò Nri Anno Se:
cundo. Stephanus Rex. Nos itaq Sigismundus Rex pnoatq, Supplicationi ejusmodi be:
nignè annuentes, pinsertas Literas in omnibus ear punctis, clausulis articulisq Autho
ritate Nra Regia approbamus et confirmamus psenȝ, easq vim et robur suum obtinere
debere volumus. In cujus rei fidem Manu Nra subscras Sigillo Rni Nri consignari jussi:
mus. Datum Varsaviæ in Comitijs Rni Gnalibus Die tredececima Mensis Aprilis Aº D.
Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Nono. Rni Nri Secundo. Sigismundus Rex. Nos
itaq Vladislaus Rex pnoatus, Supplicationi ejusmodi benignè annuentes, Lras pinsertas
in omnibus earum punctis, clausulis et articulis Authoritate Nra Regia approbamus
et confirmamus psenȝ, easq vim et robur suum obtinere debere volumus. In cujus rei fidem
psenȝ Manu Nra subscras Sigillo Regni consignari jussimus. Datt Cracoviæ in Comitijs Re
gni Gnalibus Die Tertia Mensis Martij. Aº D. Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Tertio
Regni Nri Poloniæ et Sveciæ Anno Primo. Vladislaus Rex. Lucas Zdroiowski. Nos itaq
pnoatus Joannes Casimirus Rex Supplicationi pdictæ uti justæ annuentes, Literas
pinsertas in omnibus ear punctis et conditionibus approbanȝ, confirmandas et ratificanȝ e
duximus, prout approbamus, confirmamus et ratificamus psenȝ. In cujus rei fidem Ma:
nu Nra subscras Sigillo Rni communiri jussimus. Datt Cracoviæ in Comitijs Rni Gnalibus
felicis Coronationis Nræ Die VI. Mensis Februarij Aº D. MDCXLIX. Regnor Nostror
Poloniæ et Sveciæ Anno I. Joannes Casimirus Rex. Thomas Ulieyski Rª Mtts Scrius
mpp L. S. Nos itaq Michaël Rex Supplicationi pdictæ benignè annuentes dictas
Literas a Srnmis Prædecessoribus Nostris approbatas et confirmatas, ac omnia in
eis contenta in omnibus punctis et conditionibus approbanȝ et confirmanȝ esse du:
ximus, prout approbamus, confirmamus et ratificamus psenȝ Literis Nris, decernen:
tes easq vim et robur debitæ firmitatis obtinere debere. In cujus rei fidem psenȝ
Manu Nra subscras Sigillo Regni jussimus communiri. Datum Cracoviæ in Con:
ventu Regni Gnali felicis Coronationis Nræ Die XXII. Mensis Octobris. Anno Dni
MDCLXIX. Regni Nri Anno Primo. Michaël Rex. Nos itaq Augustus Secun:
dus Rex Supplicationi pdictæ benigne annuentes, dictas Lras a Srnmis Prædecesso
ribus Nris approbatt et confirmatt, ac omnia in eis contenta, in omnibus et singu
lis ear punctis, clausulis et articulis, ligamentis et conditionibus, approbanȝ confir
manȝ et ratificanȝ esse duximus, uti quidem pinquantum Legibus Rni non repu
gnant

gnant, ac usus earum habetur, approbamus, confirmamus et ratificamus psenȝ
Literis Nris, decernentes easq vim et robur debitæ firmitatis obtinere debere. In cujus
rei fidem psenȝ Manu Nra subscras Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Cra
coviæ Die XIX. Mensis Xbris. Anno MDCXCVII. Regni Nostri Primo Anno. Confirma:
tio Decreti mutuar differentiar inter Cives Lelovienȝ et Subditos eorunȝ de Villis
Slezany, Staremiasto et Zbyczyn. Augustus Rex. Locus Sigilli pensilis Majoris Can
cellariæ Regni. Maximilianus Ossolinski Vexillifer Drohicienȝ Sigilli M. R. Se
cretarius mpp Nos itaq Augustus Tertius Rex suprafatæ dictt Oppidanor Le:
lovienȝ Supplicationi uti justa et æquitati consonæ benignè annuenȝ, pinsertas Literas
in omnibus et singulis ear punctis, clausulis, articulis et conditionibus, ac omnia in eis con
tenta approbanȝ, confirmanȝ et ratificanȝ esse duximus, uti quidem de Suprema Potesta
te Nra Regia approbamus, confirmamus et ratificamus, decernenȝ easq vim et robur
perpetuæ ac inviolabilis firmitatis obtinere debere. In cujus rei fidem psenȝ Manu Nra
subscras Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXVI. Mensis Apri
lis. Anno Dni MDCCLVII. Regni verò Nostri XXIV. Anno. Augustus Rex. L. S.
Minoris Cancellariæ Regni. Approbatio Confirmationis Decreti inter Oppidanos
Lelovienȝ et Subditos Villarum Slezany, Staremiasto et Zbyczyn ratione variorum
Præjudiciorum lati. Antonius Sikorski Sª Rª Mtts et Sigilli Regni Secretarius mpp
Nos itaq Stanislaus Augustus Rex Supplicationi prædictorum Subditorum No:
strorum uti justæ benignè annuentes, præinsertas Literas in omnibus punctis, clausu
lis, articulis, ligamentis et conditionibus approbandas, ratificandas et confirmandas
esse duximus, uti quidem Authoritate Nra Regia approbamus, ratificamus et con:
firmamus præsentibus Literis Nostris: Decernentes easq vim et robur debitæ ac per
petuæ firmitatis pinquantum Juri publico non repugnant et usus earum habetur,
semper obtinere debere. In quorum fidem præsenȝ Manu Nostra subscriptas Sigillo
Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die VI. Mensis 9bris Anno Domi
ni MDCCLXV. Regni verò Nostri II. Anno.

Stanislaus Augustus Rex

Confirmatio Confirmationum Decreti in:
ter Oppidanos Lelovienses et Subditos Vil
larum Slezany, Staremiasto et Zbyczyn ra
tione variorum Præjudiciorum lati

Clemens [illegible] Sigilli Majoris
Regni Secretarius [illegible]

Dypl. 630

